



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

Orauit autem Iona ad dominum deum suum de uentre piscis, & ait.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

## ANNOTATIONES

infrugiferum, Dei ministerum esse oportet, ut nihil  
in eo prorsum sit, quod in alterius usum & com-  
modum non possit uerti. Qui timor Dei sit, suprare  
citatum est, nempe cultus Dei, Vera enim cultura,  
sincerare religio, est & timore & honore Deum pro  
sequi. Similiter & illi homines timuerunt Deum, id  
est, Dei ministri, timentesq; Dei, facti sunt.

## CAPVT

SECUNDVM.

**O**Rauit autem Iona ad dominum  
deum suum de uentre p̄iscis, &  
ait.

Hæc non sic accipienda sunt, perinde quasi ore  
protulisset, hancq; collocasset in seriem, nec enim in  
tam horrenda morte, tam bene habuit, ut adeo bel-  
lam fingere cantilenam potuisset, Cæterum indicat  
hisce, qualiter animo fuerit, & quæ in corde eius  
tum cogitationes uersatae sint, in tali mortis certami  
ne constituto. Nam ut supra memoravi, opus est  
nobis, ut cor Ionæ introspiciamus, priusquam adfli  
ctionem euadat, quom adhuc morti infixus est, ipsū  
que

que omnino uita defuncti instar duere, Nihil enim de sua redemptione norat, neque quicquam aliud intentē illi ueniebat, quam oportere mori, unde mortem ita gustans & sentiens, sine intermissione mortuus est. Postquam uero mortem euasit, ac pristinæ restitutus uitæ fuit, tum primum retrospexit, hanc que orationem ad honorem Dei, hominumq; comodum scriptam, posteris reliquit. Prodeant nunc curiosi illi, qui defunctorum statum libenter nouis-  
sent. pleriq; enim sunt, quibus in delicijs esset, roga-  
re Lazarum, quid nam struxisset operum, quid co-  
gitasset, sensisset, ac denique uidisset, cum in tumulo  
quatriduanus decubuissest, Iohā.ii. Sic & alij quid  
fecissent, &c. à Christo, Prophetis & Apostolis  
excitati. Sunt quidam hic, leuiores multo folijs, tunc  
cum fine pondere succi, mobilibus uentis arida fa-  
cta uolant (ut Nasōnis uerbo utar) inauspicatae pro-  
deuntas, qui eos tam horrenda uidisse scribunt, ut  
post hac totum uitæ suæ reliquum tempus, nunquam  
hilares fuerint. Alij apud locum Sapientiae. perma-  
nent. Nemo unquam à mortuis uenit, qui nobis eo-  
rum statum indicauerit. Ego uero posthabito Laz-  
aro alijsque mortuis, apud scripturam permanebo,  
que eos dormire adfirmat. Videor enim mihi uide-  
re, tam alte sopitos, adeoq; graui occupatos somno,

ut

## ANNOTATIONES.

ut nihil plane sentiant, aut uideant, multo minus,  
quam naturali somno sentiatur. Ac si resuscitentur,  
tum illis contingat, ut ignorent ubi fuerint. Hos uero  
in conspectum statuamus, qui non ita dormiunt,  
& mortui tamen sunt, & in morte, & mortem &  
Infernū sentiunt. Quos pro uiuentibus adhuc ha-  
benus. Atqui si iuxta sensum illorum iudicare uer-  
lis, sicut & iudicandi sunt, mortui sunt, & nulla  
in eis uita residua est. Illi nobis certam ueritatem  
loquentur, illi nostram curiositatem, Attalicas que  
conditiones arguant, quid posthanc uitam, prae-  
sertim impijs, euemat, quiq; sit eorum status.

Clamaui in tribulatione mea ad  
Dominum, & respondit mihi. De  
uentre Inferni ululaui, & audisti uo-  
cem meam.

Principio, gratiam Dei, & adminiculationem  
euehit ad sydera, gratias q; agit, quod ex afflictio-  
ne sua eripuerit cum Deus. quo primum nobis Dei  
bonitatem clementiam ac misericordiam, Deinde  
tribulationem suam ex qua eruptus est, & prædicat  
& oculos ponit. Atq; hic primus uersus, maxi-  
ma nobis, uniceq; necessaria documenta præbet.  
Primum, ut præ omnibus, in tribulatione, adeoque

f extrema